



Disputatio juridica inauguralis de jure naturali

<https://hdl.handle.net/1874/340703>

20

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
JURE NATURALI.

QVAM
DIVINO NUMINIS AUSPICIO
Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J.U.D., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicī consensu, & Nobilissime

Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Et summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis

ritè, ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit

NICOLAUS WINKEL, Nardà-Batavus.

Ad diem 30. August. horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academizæ

Typographi, clc Icc LXXXVI.

Spectatissimis Gravissimisque VIRIS,

D. JOANNI LEYENDECKER,

I Verbi Divini in Ecclesia quæ Nardæ
Christo colligitur Ministro fidelissimo ,
doctissimo , piissimo :

D. CORNELIO BROUWER,

eiusdem Civitatis Consuli gravissimo ,
Ecclesiæque Seniori vigilantissimo :

Tutoribus meis
fidelissimis ,
ac Studiorum
meorum Fa-
toribus plu-
rimum hono-
randis , co-
lendis.

J U X T A Q U O S ,

Clarissimis VIRIS,

D. JACOBO CLERQUIO , tum Theologo
tum Philosopho acutissimo , doctissimo ; Ecclesiæ quæ
in Pago , vulgo Hilversom / colligitur Pastori diligentis-
mo ; Cognato meo summo honore prosequendo :

D.D. CYPRIANO REGNERI ab OOSTERGA,

J. U. D. nec non in hac alma Academia Professori
primario , promotori meo , & studiorum meorum
indefesso , colendo

*Hanc Disputationem Juridicam
Inauguralem*

Offert & inscribit

NICOLAUS WINKE L.

Auct. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA
PROOEMIUM.

Quoniam disputaturo, ut pote metam s̄epissime optatam jam jam contingentis, aptitudinis suae muscularam saltem specimen adducere incumbit cuiusdam hæc, alii illa ex tam ample virorum eruditorum ingenio deprompta, quæ collecta vulgo corpus appellamus, placuerre, varius est enim hominum appetitus; Ego autem (ne hunc approbatum & laudabilem ordinem invertam, multa mecum volvi tandem tamen permissu Nobilissimæ Facultatis Juridicæ, tum propter materiæ excellentiam, tum quia similia objecta, mihi semper maxime placuere, hanc, sum amplexus, quæ agit de JURE NATURALI, quam pro ratione mei temporis, quanquam maxime augusti, paucis expediam.

A 2ni borp. eis de iis DIS-



D I S P U T A T I O J U R I D I C A

I N A U G U R A L I S,

D E

JURE NATURALI.

T H E S I S . I.



Ti in his, more solito, quidam
ordo observetur necesse erit hu-
jus juris naturalis definitionem
præmittere, quam nobis Justi-
nianus hoc modo suppeditabit,
dicit enim jus naturale esse quod
natura omnia animalia docuit,
i. e. inst. b. t. hanc definitionem
multorum animis adversari satis-
constat, tamen si Imperatoris
nostrí mentem bene perscrutemur, nec causam, nec
ullius dubitationis suspicionem habere poterimus, dicit
enim hoc jus, quod intelligit, non esse illud jus quod
soli humano generi convenit, sed se hoc jure putare
istum.

NICOLAI S. WINKELI
ANNO 1611.

istum naturæ instinctum, quem cum brutis habemus communem, ut conjunctio maris & fæminæ, quam vulgo matrimonium appellamus, liberorum vel foetuum procreatio, educatio. Videmus enim inquit Imperator. *inst. b. t.* cætera animalia istius juris peritia censeri. Si haec ita sint uti lege datâ patet, bene igitur & optime Justinianus dixit hoc sensu; quis enim neget haec tam in brutis quam in hominibus reperiri, quoniam æque ipsis ac nobis à natura (id est) mederatore naturæ eadem (quo ad haec superiora) principia sunt indita; Imo si liceat, cum veniam quorundam, quibusdam philosophis placuit illis etiam si non principia, saltem illorum principiorum quendam gustum adscribere.

II.

Verum ut hominibus his forsitan aliis quam hujus facultatis magis intellectoribus, in paucis cedamus, dicemus eorum hominum, & etiam nostrum jus naturale esse, quod rectæ rationis dictamen sine mentis discursu jubet, id est, quod ex sola innata ratione deducitur, & hanc definitionem, quamquam magis philosophica quam Juridica videatur Juri tamen non contrariari putamus, has enim disciplinas maxime connexas mihi persuadeo bonus enim Juridicus verus est Philosophus nisi fallor, ut patet *I. i. §. i. dig. de just. & jure age* dum primo hanc definitionem juri conformem probemus.

A. 3.

III. Ob.

6 DISPUTATIO JURIDICA

III.

Objicit forsitan homo quidam curiorus definitioni daturæ, multæ obstant leges dictaminis rectæ rationis (id est) juri naturæ adverantes, quemadmodum hæc, quæ agunt de servitutibus, usucapione &c. Respondemus illi hic non fieri mutationem dictaminis rectæ rationis, verum tantum applicationis illius dictaminis, sive legis naturalis & quemadmodum res exemplis solet illustrari, hoc adducemus; quod summum imperium continet. Magistratus ergo, puto superiorem, præpositus aliqui populo, utpote talis, cui ab ipso populo summa maiestas est delegata, ut eundem bene regat, & juri conformem; primo in ejus indolem (si sapiens sit) inquiet, inquisito ejus indole, regimen suum ei accommodabit; veluti si indolem populi inveniat magis servilem ei Monarchiam imponet, uti sua auctoritate (illius enim est patiens) hunc frenet. Contra vero, si reperiat indolem populi magis generosum, Monarchiam deponet, & ipsi tanquam Mecænas erit, modicoque fræno coërcet; nullus non videt hic, potestatem magistratum non amittere, sed eam tantum bene tempori accommodare quis igitur hæc statuit Juri Naturali repugnare, quod scilicet possim deductiones ex Jure meo naturali profluentes, salvis tamen manentibus principiis omni occasione applicare; quod ad me, hunc non esse Juris Naturalis abusum, verum summam in eo applicando esse prudentiam, tanquam omni tempori hoc posse applicare cum ratione affirmo, atqui sic definitionem hanc cor-
pori

pori nostro non esse absonam verum, cum eo congrueret, quis neget, accommodata enim sunt omnia in corpore nostro objectis, quod si quis neget probabitur.

I V.

Quemadmodum, ut supra diximus, jus naturale objectis cum prudentia debet convenire, & inde propter objecta sunt, quibus applicatur, diverse denominantur, ut supra attigimus, his ergo praemissis, bene Jurisconsulti fecerunt, quod Juris Naturalis, propter objecta sunt inde denominaverint diversa nomina, huic, vel illi populo (ut ejus indolis reperitur) convenientia, aut etiam civitati, optime igitur dixerunt, jus illud, quod toti populo placebat (quanquam etiam naturale sit) esse jus gentium; quod vero magistratus unius civitatis putabat subditis conducere, appellaverunt Jus Civile; non tam ad tendentes ad ipsum jus, quam ad ejus usum, ut patet ex consequentibus, ad indolem enim vel consuetudinem, ne populis turbetur) magis attenderunt, quam quidem ad ipsum jus naturale strictum.

V.

Videamus ergo primo paucis, quid de Jure Gentium sit dicendum, quod, si quisdam superiora respiciat, etiam Juris Naturalis fundamento inniti putabit: hujus sane definitionem nobis Justinianus offert. *Inst. H.T.* quoque plerique gentes vel saltem moderatores utuntur, id est quod approbavere cum ratione convenire, non tam accura-

te,

DISPUTATIO JURIDICA

te, ut omnibus partibus rationi naturali; stricte sumpto, conforme sit; ast, illud quod sapienter temporis, populo, & locis, accommodatum est; hinc omnes ferre contractus orti sunt, ut Emptio, Venditio, Locatio, Conductio &c. Videntes enim hominem homini debere inservire, uti haec commode fierent usu receperae, utpote cum ratione, hoc tempore ad jus innatum attendantes. Ideoque puco distinctionem Juris Gentium, in primævum & secundarium commode posse omitti, verum cum multi contrarium contendant quæstionem à limite attingemus.

V. I.

Definitur igitur jus Primævum, quod ex simplici ratione profluit: secundarium quod usu receptum & approbatum est; profecto si hanc definitionem Juris Primævi ad trutinam revocemus, & ad eandem revocatam si cum jure nostro naturali examinemus, & ad id bene attendamus, examinatori haud difficile erit, jus nostrum innatum, sive naturale, cum Jure Gentium Primævo, confundere; dicitur enim quod jus Primævum, id sit, quod ex sola, & simplici ratione profluit, atqui hæc sola & simplex ratio nobis est ipsum Ius Naturale, (si non ipsum, saltem deductiones ex eodem jure scilicet naturali petitæ) non enim dantur duo distincta fundamenta, sive principia in homine, ex quo omnia profluunt dictamini rectæ rationis congruentia, & ex quibus cuncta profluunt, & deducuntur, implicat enim contradictionem, verum unum datur, quod Juris

Juris Naturalis sive rationis nomine nobis venire solet.

V I L.

Procedat jam breviter Jus Gentium secundarium ; quod definitur hoc modo ; Jus Gentium secundarium est quod usu receptum & approbatum est ; major fateor hic refidet difficultas si hoc jus cum Jure Naturali velimus comparare , verum quidquid sit , Jus Naturale , habet tamen pro suo fundamento ut diximus thesi quinta , & sic commode (quod tamen cum mica salis accipiendum) effectus Juris Naturalis appellari potest , adgnoscit enim Jus Naturale suum fundamentum ; Quod enim gens quædam usu suscipit & approbat , illud saltem videt saluti suæ conducere , per consequens utitur ratione in eo bene suæ saluti accommodando , quæ ratio nihil aliud est quam naturalis , profluit enim ex Jure Naturali ; si vero aliquis nolit referre ad Jus Naturale , per me licet , nec multis cum ipso contendam.

VIII.


Paucis de Jure Gentium absolutis, & aliis de Jure Civili adhuc brevius dicemus dicitur igitur quod Jus Civile sit, quod quæque civitas sibi constituit, eadem quæ & supra etiam hic ratio obtinet, magistratus nam bona indolis populis sui ratione habita has vel illas separatas illi constitutiones quas vulgo leges Municipales appellamus præscibit, similis etiam ratio obtinet in Familiis &c.

B fed

10 DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS.

sed hæc jam pro ratione mei temporis hic usque sufficiant. Fateor quidem omnia non legibus quæ dicta sunt probari, nec sum ignarus quod Juris Consultus sive lege loqui erubescat sed scimus etiam rationem esse animam legis idcirco qui ratione utitur idem utitur legibus, uti igitur ignoscatis rogo.

F I N I S.



A N N E X A.

I.

Princeps an sit legibus solutus?

II.

Tortura non est admittenda.

III.

Quo ad confiscationem bonorum in criminis læsa majestatis filii quidem tenentur sed non filia. l. 5. Cod. de Crim. læsæ Majest.

IV.

Munus Advocati est summa nobilitas.

V.

Inspectio an vulnus sit lethale non est admittenda.

F I N I S.

TRAJECTA RHENUM,

Ex Officina Fransisci Hulsi, Academicæ
Typographi, m. 1688. Lxxvii.

A X H I V A
Ornatissimum, Clarissimumque VIRVM
D O M I N V M
WINKELIUM

Post diuturūm Philosophiæ studium I. V.
lauream Doctoralem reportantem.



Vnctarum rerum genuinas querere cau-
sas,

A vero falsum distinguere, dogmata vulgi
Spernere fallacis, nullo terrore moveri
Inani, verum & summum cognoscere nu-
men,

Quod neque blanditiis rapitur, neque tangitur ira,
Naturæ longe abstrusos penetrare recensus,
Hoc summae est virtutis opus, durique laboris.

Hoc campo teneris voluisti currere ab annis
WINKELI, neque te quidquam retinere, volentem

Currere, quod potis est, sternis hoc tramite rectum
Ad summum tibi culmen iter: nunc præmit tanto

Digna labore refers, Nemesis justitissima doctum
Cinget honore caput, dum naturalia jura

Ipse sagax omnis naturæ mysta recenses.
Sic post sudores nocturnos atque diurnos

Nunc exoptatam dabitur contingere metam.

Amicus Amico.